Iecloryj Ovignoli Lebiec vel eius posterorum ad Officium plens Ca strense Capitaneale Premysliense, ex hunc recepsu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsenti, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro ma- iori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Re- gnum servitio militari, ad munimenta ac evictorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non def- ferendo, ad Quietationem vltra proximos Officii præfati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones fa- cien, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalis Iuris præscriptione ter- restri bello, conventionesq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa ora mediante.

Feria Tertia post Festum Sancti Lucæ Euangelistæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 20/X

H. Paszko Kulczyckiemu Cedit.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castren
Capitan Præmysliensibus Honestus Paulus alias Pawłko Krawiec
sanus mente et corpore existens, foro suo quovis competenti omisso
et Iurisdictione propria posthabita, præsenti vero Castrensi Capitan
Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cumque suo
ceßoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plena-
0143 ne incorporanilo, atque subijciendo palam, libere, publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure
suo in ascripto, nimirum de Summis bonis et quidem prima
Viginti florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per Nobilem
Waszko Kulczycki Poliszka olim Nobilis Waszko Kulczycki,
itidem Poliszka filium Actis Officij præsentis inscripta et su-
per bonis ipsius proprijs et hæreditarijs videlicet Ogrod w Cze-
sci Duplowskiey od miedzy Baranieckiego, in Longitudinem
Vlnarum Septuaginta Quatuor in latitudinem vero Decem Vl-
narum item granicy quarta sortiuncula agri in bonis Villæ
Kulczyce Terra et Districtu præsenti Præmysliensi iacen et con-
sisten ad solvendum modo obligatorio assecurata. Altera vero
Summa Quindecim florenorum Polonicalium itidem sibi Reco-
gnoscenti per Nobilem Waszko Kulczycki Kotorak coram Actis
Officij præsentis inscripta et super bonis ipsius nempe horto
w Częsci itidem Duplowskiey na Perechrestney Drodze in ijs-
dem bonis Villæ Kulczyce iacen et consisten etiam modo
obligatorio ad solvendum assecurata. Tum de ijsdem ipsis Inscri-
ptionibus Castren Capitan Præmyslien obligatorijs utrisque atque
bonis superius specificatis cum parata bonorum eorundem
Intromißione, tuitione, evictione, pacificatione intuentisque per
se Recognoscen continuata poßeßione, cum omni præmisso-
rum Iure, Dominio, proprietate, Competentiaque et prærogativa
quibuis

quavis, omnibusq et Singulis Inscriptionum praefatarum Utarumq
Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiys, ligamentis, ac ne-
xibus in universum omnibus, Summarumq suprascriptarum utra-
rumq et bonorum summis iisdem oneratorum Utilitatibus,
fructibus, proventibus, reditibus, commodis emolumentis, obven-
tionibus, attinentiysq et pertinentiys generaliter universis, nihil
ex praemissis Juris, dominy, proprietatis ac cuiusvis competentiae et
et praerogativae pro se Recognoscente suisq Successoribus aut quo-
piam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia
et singula ipsummet Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime compe-
tebant. IAM ex nunc et de facto Nobili Joanni Kulczycki Wolczek
dicto et ipsius posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus
plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit, prout
cessit, et condescendit praesentibus. Omneq et integrum Jus suum
sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Joannis
Kulczycki Cessionary sui et ipsius Successorum, totaliter et ple-
narie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert
transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Jus prae-
sens Cessum, Summas, bonaq suprascripta summis iisdem atq
Inscriptionibus onerata, praemissaq omnia praesentibus per se Reco-
gnoscentem transfusa, cum ex nunc et de facto coram Officio prae-
senti is idem Recognoscens praefato Cessionario suo, illiusq po-
steris, dat et admittit realem Intromissionem, et actualem paci-
ficamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem
et Nobiles duos die quacunq voluerint Officiose acceptandam per
ipsum Nobilem Kulczycki Wolczek Cessionarium suum, et ipsius
Successores hoc idem Jus praesens Cessum, Summas, bonaq su-
prascripta, ac praemissa omnia praesentibus abscessa, cum universis
eorum Utilitatibus, et usufructibus, competentiysq et praeroga-
tiva quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et paci-

fice

fice vsufruendi, ac ad suos, suorumq́ Successorum quosvis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter convertendi, præfati Iuris originalis ea omnia latius in se complectens, præsentisq́ cessi et transfusi vigore. Debetq́ et tenebitur, memoratus Recognoscens pariter se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq́ quibusvis pecuniarum habitis et habendis præ nominato Cessionario suo insimul et obligat præsentibus ipsum et eius Successores in dicto Iure cesso, bonisq́ præfatis ac præmissis omnibus per præsentes cessis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq́ personarum, Cuiuscunq́ Conditionis status et sexus Cuiusvis existentium ex re persona, et occasione sui Recognoscentis et suorum Successorum, tantummodo et non vltra exoriunda, in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemq́ cum posteris reddere, necnon hoc idem Ius præsens cessum summas, ac bona summis ijsdem orerata, præmissaq́ omnia præsentibus transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem præmissa omnia præsentibus condescensa, cuiuis personarum, modo quocunq́ itidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis et suorum Successorum, tantummodo et non vltra factis et faciendis, tum etiam à quibusvis Citationibus, super eadem præmissa omnia præsentibus Cessa importatis et importandis, Lucris demissa omnia præsentibus ... et Perlucris, processibusq́ Iuris quibusvis in quocunq́ punctu et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus præsentibus

transfusis

transfusi iisdem ex re persona et occasione sui Recognoscentis et suorum Successorum, tantummodo et non ultra, perducti et perducendi emundare et eliberare, mundaq; et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam, coram officio præsenti admissam in fundo bonorum præfatorum summis iisdem præfatis obtentis oneratorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eam libere dare et effectualiter admittere, dataq; et admissa eadem possessionem usumq; fructum præmissorum omnium præfatorum transfusorum, quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsumq; Cessionarium suum, et ipsius successores in præmissis omnibus præfatis contentis nullo modo inquietari, ita, ut is idem Cessionarius suus, cum suis posteris, hoc idem Ius præsens cessum, summas ac bona summis iisdem onerata, præmissaq; omnia præfata cessa, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiisq; et prærogativa quavis quiete et pacifice præsentis Inscriptionis Cessionariæ vigore tenere, habere et possidere queat illisq; utifrui possit, Idq; sub Vadio Summæ simul iunctæ videlicet Viginti quinq; florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros, prænominato Cessionario suo et illius posteris ob non complementum præmissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad luendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad luendum succubito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda, complendisq; præmissis, Citatus existens, memoratus Recognoscens Honestus Pasko alias Paszko Krawiec sive eius successores, ad Instantiam præfati Nobilis Ioannis Kulczycki Wołczek dicti Cessionarij

sui

sui, vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense exhinc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium praefatum Luere, Inscriptionibus satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, aut eius idem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, servicio militari, ad munimenta ad Quietationem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem utraque primos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, Nullasque motiones appellationes, ac eam prosecutiones faciendo ac praemissa omnia generis simplicibus vel multiplicationes suspensionibus, fatalibus Iuris, ac alijs omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, Nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ortynski Popielowi et Korczynskiemu Cedit

144 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Fedor Ortynski Lebiec Santis mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus que suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti Iuri Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictionique ad actum praesentem attinens secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo